

jungitur debilitas ventriculi & inap-  
petentia. Hæc existit ~~et~~ symptomatū Dn. ægro fastidiū parien-  
tium, quorū jam fomitem seu scatu-  
riginem investigare convenit. Cum  
illi obtigerit cerebrum calidū & hu-  
midū, ventriculus frigidior, Epar cali-  
dius, quid miri si à tantā viscerum  
dyscrasiam tot cōcitentur tempestates.  
Etenim cum ventriculus imbecillior  
cibaria assumpta haud bene digerat,  
exia multæ resultant cruditates &  
phlegmaticæ superfluitates, quæ in-  
appetentiam invehunt. Cum Epar  
calidius, massa sanguinea etiam ca-  
lidior evadit, & biliosior, exin Ery-  
sipelas in pericranio emergit, quin  
& à calidiorē Epatis constitutione  
vapores copiosi in cerebrum subla-  
ti & coagulati, destillationibus ma-  
teriam suppeditant, quæ in subje-  
ctas partes depluentes, tam varia  
concitant symptomata. Sed ad Na-  
turam etiam probam evertendam,  
& tam diversa symptomata causan-  
da, in culpā enormes in victu exces-  
sus, cum Dn. æger per annos complures  
in aulā Cæsareā vixerit, vina  
Austriaca & Ungarica nervoso gene-

ri inimica, in copiâ hauserit, quin  
exia mala qualitas cerebro & ner-  
vis impressa, ut vi suâ Mercuriali seu  
narcoticâ, multum damni intule-  
rint. Cum illa symptomata sat chro-  
nica, exin conjectura, quin haud fa-  
cili manu extirpanda, non minus de  
commodoire sanitatis statu haud  
desperandum, si Dn. Patiens præ-  
ceptis Medicis obsequium præstiterit.

Quoad præsidia medica, venæf-  
cio Medianæ in dextro brachio  
eventationis tantum gratiâ.

Corporis & capitis evacuatio per  
pil. cephalicas instit. ex extracto M.  
pil. coch. aur. sive quibus non una  
vice reiterandæ.

Si quo in medio aliqua spes lo-  
canda, ad catarrhosam materiam re-  
solvendam & nervosum genus cor-  
roborandum, in primis arrideret, de-  
coctum Chinæ, velut temperatum,  
vel si animus Dn. Patientis magis  
inclinaret in usum Thermarum,  
preferrem Cellenses, illi subjecto,  
admodum convenientes. Quæ ve-  
stra censuræ committo à Deo O.M.,  
ut salutaria succurrant, precatus,

#### CONSULTAT. IX.

*Ad Dn. Casparum Hillerum, Pastorem Reip. Isnenſis,  
de Filio Maniaco.*



Ristem illum & acerbum  
Filii tui casum, dum deplo-  
randa ~~misericordia~~, ex ho-

mine conversus ac transmutatus in  
non hominem, cum singulari ~~supra-~~  
~~belis~~ affectu, percepi. Quid enim ca-  
lamito-

lamentosus, quid miserius, suā orbari ratione talem Virum, qui literis hāud trivialiter tinctus, qui jam agens verbi divini praeconem, de genere humano benē mereri: sibi uti sitati: parentibus solatio ac gaudio: Patriæ ornamento esse potuisset. O ūram sortem? ô fatum haud propitium.

Faxit Deus O. M. ut brevī recuperare valeat pristinum sanitatis statum & vigorem corporis ac mentis. Interēa nullum præsentius levamen, quam a quo ac moderato animo ferre, quæ mutare non consistit in nostra manu. Si Abderitani olim anxi ac solliciti pro salute Democriti Philosophi, ipsum insanire putantes, dum in publicum prodiens, cunctas actiones humanas velut ineptias, deridere est solitus, proin Hippocratem ad medicandum, decem Talantis inescatum, loco præstite operæ, accessivere, ut conservaret & restingueret in integrum, corpus sapien-  
tia. Quid miri, si Patri, pro insitâ à Deo & Naturâ ~~soror~~, curæ ac cordi, incolumentis Filii, non tam humanarum, quam divinarum rerum scientiæ, haud ita pridem imbuti, nunc autem exorbitantis, ut liceret post minimò revocare ~~longiorias~~ corporis & mentis. Quare cum constitueris quorundam Medicorum adhibere operam, & meum efflagites consilium, nihil magis iavotis haberem, quam ut divini Numinis afflari,

quidpiam opis adferre, in meā esset facultate, in id tamen unicè incumbam, ut exin innoteſcat mea benevolentia, & ad gratificandum animi promptitudo.

Pauca illa symptomata in literis consignata, videntur prodere Maniacum potius, quam melancholicum affectum. Dum refers, Filium vagabundum, inquietum, ut comedibus coercendus, sœvum blasphemias, jurgis, & minis omnia complentem, qui truculenti mores non nisi ab humore cholericō incenso, prodire possunt, proin velur signa pathognomonica, demonstrant, Filium ipsa detentum Mania. Quæcum sit symptoma actionis animalis Iæsa depravatæ, & quidem Principum facultatum, in cerebro residentium, afficitur autem secundum anteriorem & medianam regionem, cum imaginatrix & rationatrix, suum rite obire minus nequeant. Oportet igitur investigare causas, quæcenlendæ vel internæ, vel externæ. Quoad internas esse possunt vel immediatas, vel mediatas. Quoad causam immediatam, alia esse nequit, quam calida & sicca intemperies in cerebro concepta. At quis modus generationis, ut ob hanc intemperiem, Patiens eò miseriae deveniat, ut tam ferox & indomitus evadat. Cum omnis actio immediata & principaliter à suā dimanet facultate, hec autem quoad suam Es-

KK

sentiam,

entiam, sit immutabilis, nulli alterationi obnoxia, necessum est, ut à re alienā offendatur, dum à propriā actione aberrat. Tota culpa consistit in spiritu animali, in quo velut subiecto ipsa facultas recepta hæret, eoque tanquam primario instrumento utitur, exin cum spiritus sit alterabilis, qui & calidus ac frigidus, opacus & lucidus reddi potest, contingit ut facultas diversimodè operetur, pro Natura & qualitate spiritus recipientis. Quare si accidat, ut spiritus ille, quoad primas qualitates frigidior ac siccior, quoad secundas opacior seu obscurior evadat, tum facultas animalis suas exercet operationes modo depravato cum mærore ac timore & quiete potius, quam motu: si vero spiritus quoad primas qualitates calidior ac siccior & magis igneus, quoad secundas pellucidior redatur, facultas omnia perget motu assiduo ac violento, & cum audaciā ac temeritate, exin in affectu Maniaco quicquid agit præter Naturam, id contingit ratione spiritus calidioris & ignei effecti.

Quoad causas internas mediaras, quæ tomitem subministrantes, facultates corrupunt, aliae haud existimandæ, quām succi calidi, humores biliosi & atrabilarii, non nihil deinsti, spiritibus disturbantibus ac dis temperandis, in primis accommodati, nec non intemperies calidior & siccior Epatis & venarum mese-

raicarum, illis generandis & accmulandis apta atque idonea. Quoad causas externas, quæ plurimum consultere ad faburam pravorum illorum humorum coacervandam, & Rationem de suo statu deturban dam, mihi potiores videntur, dum Baccho indulgendo, vinis generosis in Alsatiâ in copiâ haustris, massa sanguinea inflammata, num fortassis more Juvenili, clandestinos in pectori foverit amores, qui reddunt amentes. Cum mihi ignotum quæ in primis occasione Filius in malum illud præcipitatus, sed parum resert, potius in eo elaborandum, quomodo ab istâ molesta liberari queat, cum in sat profundum delapius puteum, haud curiosè sciscitandum, quomodo deciderit, quin magis intentos nos esse oportet, quanam ratione extrahendus: utinam tahtum mihi robur, ut aliquod levamentum præstare valeam, in revocandâ Ratione à ~~ext~~ ad ~~xpon~~.

Cum valde arduum ac operosum videatur, malum illud eliminare, cum iam non amplius in ~~ext~~, sed ~~ext~~ constitutum, altiores defixerit radices, sat diu durabit: omnes atrubularii affectus, ob crassitiem & lentorem humorum & occultam quandam qualitatem ~~rotundit~~ præferentem (more solani furiosi mentem evertentis) vix magno labore averruncari queant, benignioribus pharmacis non cedant, vehementioribus

bus non raro irritentur ac exasperentur: ipsi ægri spretis salutaribus consiliis, suo tantum Genio indulgentes, in assumentis remediis valde sint refractarii, dum seipso non cognoscant, sed corrupta phantasia putent, se non insanire, sed sapientissimos esse, proin haud indigere medicinam, prout etiam Filius tuus tibi persuaderet, se sapientissimum, sanissimum & doctissimum, sed animus haud abjectiendus, quin praesidia medica expedienda, a summo Aesculapio benedictionem expectando. His præmissis jam me coferam ad medendi rationem. Humores biliosi & atrabilarii erunt exterminandi, & dyscrasia viscerum calidior, Epatis in primis, cordis & cerebri ad uitam temperiem revocanda, per alterantia frigida qualitate dotata: Viectus rationem Medico ordinatio committo præscribendam.

Quoad chirurgica, testatur experientia, complures Maniacos a primariis Medicis in cassum tractatos, ab Empiricis restitutos sectione aliquot venarum cum haud modica sanguinis deplectione. Ab apertione venæ medianæ, ad cephalicam dextræ manus & ipsius etiam frontis deveniendum. Cum Natura Filii sit sanguineo cholera venæ narium etiam incidi & hæmorrhoidibus Hirudines applicari possunt magno cum profectu. Ad ichores pravos, qui formitem suppeditant, averten-

dos, probarem fontanellam in cruce dextro & brachio sinistro, quarum beneficio complures restitutos constat.

Quoad Pharmaceutica, cum Filius sit tam immorigerus, & obstinatus, si obtutundantur medicamenta in suavia & in majori dosi, pro sua virili repugnabit. Si obedientiam præstaret, probarem syr. d. Elleb. n. Hier. rogadii forma Boli. flor. antim. cum cons. ros. vel syc. Emeticum Angelii Salæ,

Lap. arm. aut Laz. titè præp. so. aq. bug. loti. ȝȝ. vel. ȝij. El. diaçath. dia-sen. lax. a. ȝij. f. B. cum sac.

Quoad alterantia. Ad fervorem masle sanguineæ contempordum, plurimum adjuventi sperandum, a sero lact. capr. optimè depurati ad ȝȝ. 2. ȝ, cum : ȝ. vel ȝȝ. syr. d. borag. per dies 15. continuando. Cum enim yim habeat abstergendi & nitrosa qualitate alvum leniter subducendi, & biliosos humores dejiciendi, exim mirificè Maniacis confert. Si renuat tantam copiam una vice haurire, posset exhiberi pro potu quotidiano, ad libitum, efficacius, si epithymum in sero decoctum.

Pro cerebri & cordis alteratione & confortatione, w. cons. fl. Ros. syl. ȝj. bor. bugl. Nymph. au. ȝvi. lact. cum sac. condit. ȝȝ. myrob. Embl. condit. ȝij. sp. diamarg. fr. d. Gem. fr. an. ȝj. marg. præp. ȝȝ. conf. alker. Monspeli. ȝj. cum syr. pom. redol.

redol. f. Elect, manē & vesperi Nuc.  
mosc. Si materia in cerebro inti-  
miūs impacta conferet sternutato-  
rium, ejus pisi mag. nar. attr. *Y.* sem.  
nigell. R. Ell. n. præp. an. *ðj.* ina.  
Salv. anthos. a. 38. mos. gr. *z.* f.p. vel  
ex fol. Nocoti. cum ol. anis. præp. &  
flor. lil. conval. Cum Filius valde  
inquietus & effrenis, ad ferociam  
remittendam, urget necessitas, con-  
fugere ad hypnotica & narcotica.  
Hoc præcellens, cuius usu vidi non  
semel ad se rediisse Maniacos. *R. Aq.*  
*ros. zvijj. op. Theb. 38. cro. ð8. M. lin-*  
*teola dupl. imb. & express. cal.*  
*fronti & tempor. aphnares ab iu. gut*  
*tis etiam aliquot injectis.*

Laud. op. cū magist. gr. 3. 4. cū cons.  
ros. vel f. pil. sap. exh. syr. d. pap. ȝij.  
cum aq. bor. & lac. Hung. hypnotico  
tempore inung. ȝ. ung. popul. lab.  
an. ȝij. op. theb. gr. 9. M.

Penitus in phrenesi & Mania de-  
prædicat hunc potum, ad stipulatur  
David Crusius, se isto experimento,  
precedente purgatione ex flor. an-  
timonii fixi quendam literatum  
phreneticum, & præter omnem  
spem reduxisse ad sanitatem mentis.  
¶ Moschi. gr. 12. camph. gr. 20. aq.  
ros. rub. cum tinct. lant. rub. impræg.  
3 vx. M. Capite deraso, madefiat lin-  
zeum dupl. in hoc liquore, & tepide  
per omnes capitis suturas, applice-  
tur, ubi resiccata fuerint, iterum im-  
bibe, & per horas 24. applicationem  
continua. In Mania autem saepius &

calidius admovendum suadet Penitus. Quæsio æquo ponderent judicio Medici præsentes, utrum illud præsidium, in tuo filio locum habere queat, posset si non magno cum emolumento, ad minus citta metum ullius damni fieri périculum.

Pro ablutione crurum, braehiorum & manuum ad somnum concili. 2*z.* fol. vitium, lact. viol. a.m.j. salicium, fl. Ros. viol. nymph. bug. a. in *b.* cap. pap. 4*z.* dec. in *b.* aqu.

Ritum mihi expressit ridiculum  
Idiotarum consilium, qui vanâ opini-  
one duce, sibi perludent fore, ut  
Ratio corrupta possit redintegrari,  
adhibitis virgis & flagellis. O cæcas  
hominum mentes. Cum Anima Ra-  
tionalis sit immaterialis & inaltera-  
bilis ejus Essentia, ac per se immuta-  
bilis, si à sua Naturâ recedat & per-  
petram discurrat, id contingit, quod  
illius domicilium, cerebrum, in quo  
suis exerceat operationes, sit male  
dispositum, & vitiosa affectum in-  
temperie. Quando Ratio ex sua or-  
bitantia dimota, plagi & flagris ad  
munia ritè obeunda, compelli que-  
at, restitante ~~nux~~ <sup>et</sup> ~~ergo~~ <sup>virg.</sup> viscerum, &  
remanente ~~nano~~ <sup>xviii</sup> p*is*, quorum culpa  
Ratio est corrupta. Tales consulto-  
res, qui infaciām infaniendo curari  
posse existimant, mihi cum Cratone  
Medico Cæsareo, magis infanire vi-  
dentur, quam ipsi Maniaci. Etsi vir-  
gis casū ferociam, metu verberum,  
aliquandiu deponant, quietem simu-  
lent,

lent, & more ferarum cicurati appa-  
reant, non minus tamen brevi ad  
pristinos redeun̄ mores. Medici  
illos non irritandos, sed molliter tra-  
ctandos c̄nsent, quod ad iram pro-  
vocati, dum animus excandescit &  
effervescat, magis furibundi eva-

CONSULTAT. X.  
*De Orthopnæa gravissimâ Dn. Praefecti Isnensis, lethali  
ad Dn. D. Emanuelem Didymum Reip. Campodan-  
nensis Medicum.*

**N**on dubito, quin recenti  
adhuc teneas memoriā me-  
dium in Patientis nostri cæ-  
naculo consultantes, quid  
opus sit factō, inambularemus, cum  
inter cetera remedia, viñum chaly-  
beatum per decem dies infunden-  
dum, esset propositum, asseruisse, ma-  
gnūm instare periculum, nē aeger  
prius suffocetur, quam illud præpa-  
randum, parum abfuisse, quin hisce  
diebus vaticiniū illud adimpletur.  
Etenim à tuo statim discellū, per  
octiduum tam strenuē cum Morte  
colluctando, se exercuit, illius fau-  
ces pracludere annitente, ut veren-  
dum, ne brevi Naturā succumbente,  
morbis ipsum penitus prosterat ac  
conficiat. Tam infastum morbi  
decursum pridem prævidi, hāc cōje-  
cturā frētus, quod etiam ab optimis  
remediis, expectorationem promon-  
ventibus, & effectum rite peragen-  
tibus (cum intra dies 14. patellam

crassorum & viscosorū phlegma-  
tum, quotidie per os rejecerit,) sym-  
ptomata non remissiora redditā, sed  
indies deteriora subsecuta, quae ex-  
tremam calorū naturalis imbecilli-  
tatem portendunt: cuius defectu,  
partes solidæ, alimentum submini-  
stratum nec concoquere, nec assimu-  
lare, nec ea, quae ex vitiosā diges-  
tione resultant excrementa, per conve-  
nientes vias possunt expellere. Vi-  
dentur pulmōnes & tota pectoris  
capacitas materiā pituitosā viscosa  
repleta, ut nihil miri, si orthopnæa  
infestare cāperit, jugiterque noctu  
inprimis affligat. Materia illa partim  
à capite & cerebro frigidore genita  
descendit, sed rationi magis conso-  
num, humores feroſos & indigestos,  
è venoso genere in Pulmōnes & pe-  
ctoris regionem effundi, à malā ven-  
triculi & Epatis constitutione, pro-  
natos.

Verē Hippocrates lib. 21. aphor.

Kk 3

40.